

173

quando ministrorum officio refutatur. Retributionem dr̄ ipse
restituit nunc babyloni. timeo quiddam obscuri in loco manifesta
to interponere quod mihi uidetur latere sitaceam. Verum tamen
audendum est saltim pauca perstringere. quando sunt uulnera
facilia & prompta curatio. Medicus mittit seruum suum mittit
discipulum. ut pro eo languentem medicetur. Neque enim magna
sunt uulnera euenit quoque aliquotiens ut sectionis & ferri indi
geat qui sanatur ad tamen non ipse medicus pergit ad curam. sed
eligens unum ex discipulis qui curare ualeat eo utitur ministro
quando uero insanabiles plangae sunt ut & in emorrua carne pu
tredo contabuit. & in tantum mala ualitudo est ut non serui uel
discipuli. quia iam prope eum per scientiam artis accessit. sed ipsi
us magistri manibus indigeat tunc ipse magnus medicus praecinc
tus lumbos ad sectionem teterrimi uulneris concitatur. Similiter
ita que quando sunt minora peccata non restitu & dr̄ ipse peccantib;
sed aliis utitur ministris. quando uero per merita sua ingens ho
minem aegritudo conprahendit. ut nunc babylonem quae grauibus
propriae malitiae est confossa uulneribus. Tunc ad retribu
tionem dr̄ ipse festinat. Simile quiddam huic requiris & iam de hie
rusalem quae ei accederunt. post prophetas obid quia insidiata sit
xp̄o. Sic finita est primi capituli continentia. uideamus & cetera.
Calix aureus babylon in manu dī inebrians omnem terram. a uino ei
us biberunt gentes propter hoc commota sunt gentes. & subito
cecidit babylon contrita est. Nabuchodonosor uolens decipere ho
mines per calicem babylonis dolosum. Non miscuit in uase fictili
conparabat potionem. Sed neque in paulo meliore & aereo uase
uel stagneo. & quod ista praecellet argenteo. Verum eligens uas au
reum in eo poculum temperauit. ut quis uidens decorem auri
dum radiantis metalli pulchritudinis delectatur. & totus oculis
heret in specie. Non consideret quid intrinsecus latit &. & accipiens
calicem bibat. Nesciens calicem nabuchodonosor. Intellegens autem
calicem aureum in praesenti nominatum. si animaduertas pessi
morum dogmatum uerba mortifera. qualem habeant compositio
nem. qualem decorem eloquentiae. qualem rerum diuisionem.
& cognoscas quomodo unusquisque poetarum qui putantur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc98_foll123-201/0101